

de un reino nacido al calor de la Reconquista y con un rico patrimonio de glorias añejas.

Flor IDOATE.

Summarium : Regno Navarrae anno 1512 ab Hispanis (Castellanis) expugnato, fr. Ioannes de Orbara post resignationem fr. Ioannis de San Martin anno 1520 designatus est in abbatem Urdacensem. Partes dynastiae nationalis, throno orbatae, secutus est; ideo vicerex Pamplonae residens misit capitaneum Martinum de Ursua, qui Ioannem de San Martin frustra in munus suum redintegrare studuit; Ioannem de Orbara vero una cum fratribus e monasterio expulsi.

Documents inédits sur les visites canoniques de Jean Despruets, abbé-général de Prémontré au XVI^e siècle.

Étudiant les *Acta et documenta Joannis de Pruetis, Abbatis Praemonstratensis*¹⁾, E. Valvekens fit remarquer que l'abbé-général, revenant de Rome, où il avait obtenu deux documents pontificaux, visita les abbayes prémontrées en Autriche, Souabe, Moravie, Allemagne et Lorraine, quoiqu'il n'eut point entrepris le voyage dans ce but²⁾. En faisant sa tournée de visites canoniques, Jean Despruets envisagea tout particulièrement de renouer les rapports avec les abbayes de l'Europe Centrale. Préoccupé de l'unité de l'Ordre, dont il avait la responsabilité, il insista sur l'observance uniforme des prescriptions statutaires et liturgiques issues du chapitre général, pouvoir suprême de l'Ordre. Il porta aussi toute son attention sur l'application des décrets conciliaires de Trente. Grand admirateur de l'évêque d'Hippone Despruets défendit la spiritualité augustinienne.

Jusqu'ici peu était connu sur l'itinéraire du Général, ou sur les actes de ses visites canoniques. A l'occasion de recherches entreprises

¹⁾ E. VALVEKENS, *Acta et documenta Joannis de Pruetis, Abbatis Praemonstratensis* († 1596), dans *An. Praem.*, XXX, 1954, p. 234-278; XXXI, 1955, p. 136-158, 253-279; XXXII, 1956, p. 102-144, 293-336; XXXIII, 1957, p. 82-140, 318-329; XXXIV, 1958, p. 52-95, 243-252. Concernant ses relations avec les monastères de l'Espagne, on consultera : J.B. VALVEKENS, *Documenta quaedam de habitudine abbatis generalis Despruets* († 1596) *ad Congregationem Praemonstratensium Hispanorum*, dans *An. Praem.*, XLII, 1967, p. 226-271.

²⁾ ID., *art. cit.*, dans *An. Praem.*, XXX, 1954, p. 267; ID., *Les visites canoniques des abbayes prémontrées au seizième siècle*, dans *An. Praem.*, XXIV, 1948, Ed. Textus, p. 139-143.

aux archives allemandes, nous avons rencontré quatre documents inédits relatifs à la tournée de Jean Despruets, entreprise en 1578.

Dans l'état actuel des recherches historiques on trouvera la trace du Général aux abbayes de Wilten (20 juin)³⁾, Steingaden (25 et 26 juin)⁴⁾, Roth (30 juin)⁵⁾, Roggenbourg (9 juillet)⁶⁾, Ursberg (10 juillet)⁷⁾. A une date inconnue, il visita l'abbaye souabe de Marchtal et celle de Klosterbruck en Moravie⁸⁾.

Les documents en question sont publiés ici, ainsi qu'une lettre de Despruets à l'abbé Jacques Panhausen de Steinfeld, son nouveau vicaire en Westphalie⁹⁾. Celui-ci était aussi chargé des visites canoniques des abbayes prémontrées dans les diocèses de Mayence et de Wurzburg.

Trudo J. GERITS, O. Praem.

³⁾ Cfr. Document II.

⁴⁾ Cfr. Document III. Le 25 juin 1578 il y donna le texte de la bulle pontificale de Grégoire XIII à l'abbé Joachim Wiedemann. MUNICH, Staatsarchiv für Oberbayern, GR., fasc. 680, 24. Voir aussi : *Ibidem*, GR., fasc. 759, 4.

⁵⁾ Cfr. Document IV.

⁶⁾ Cfr. Document V.B. STADELHOFER, *Historia imperialis et exemti Collegii Rothen-sis*, II, Augsburg, 1787, p. 211, signale une deuxième visite à Roth, ca. 12 juillet 1578. Cfr. E. VALVEKENS, *art. cit.*, dans *An. Praem.*, XXX, 1954, p. 267.

⁷⁾ Ce jour-là, la présence du Général à Ursberg est signalée par la *Sciagraphia archivi Urspergensis* (MUNICH, Hauptstaatsarchiv, *Ursberg*, Kl. Lit., 1), p. 18. Cfr. E. VALVEKENS, *loc. cit.*

⁸⁾ E. VALVEKENS, *Les visites canoniques...*, p. 140, 142-143.

⁹⁾ Cfr. Document I. Jacques Panhausen, le futur collaborateur du Général Despruets, administra l'abbaye de Steinfeld (Rhénanie) du 5 novembre 1540 jusqu'à sa mort, le 22 janvier 1582. Le Chapitre Général de 1549 le nomma vicaire général des circaries de Westphalie, Wadgassen, Ilfeld, Saxe, Danemark, Norvège, Bohême, Moravie, Pologne, Frise et de la Slavonie. Cfr. Lettre (19 mai 1594) de Josse Coquerel, abbé de Saint-Just en Beauvaisis et vicaire général de l'abbé commendataire, le Cardinal F. Pisani. DÜSSELDORF, Hauptstaatsarchiv, *Steinfeld*, Urk. 232. Cette mission fut renouvelée par le Chapitre Général de 1550. Cfr. Lettre de Josse Coquerel, prélat de Saint-Just en Beauvaisis, vicaire général du cardinal Pisani, du 5 mai 1550. *Ibidem*, *Steinfeld*, Urk. 235. Aussi fut-il chargé de la visite des abbayes de Westphalie. *Ibidem*, *Steinfeld*, Akten 39/4. Cfr. Urk. 236. Philippe II, Roi d'Espagne, lui confia la réforme d'Houthem-Saint-Gerlach. Cfr. *Ibidem*, *Steinfeld*, Urk. 247 (lettre en néerlandais du 13 août 1560). L'abbé de Steinfeld fut un collaborateur compréhensif en entreprenant depuis le début du généralat de Despruets. Voir à ce sujet les *relicta visitationis* (1549-1577) à DÜSSELDORF, Hauptstaatsarchiv, *Akten Steinfeld*, II, 179. Th. PAAS, *Die Prämonstratenserabtei Steinfeld vom Beginn des 15. Jahrhunderts bis zu ihrer Aufhebung*, dans *Annalen des historischen Vereins für den Niederrhein*, XCIX, 1916, p. 102, 111, 121-122, 127, 132, 134, 135, 142-144, 144-145, 195-196; T.J. GERITS, *Jakob Panhausen van Opoeteren, abt van Steinfeld. Een ascetisch schrijver en humanist uit de 16^e eeuw*, in *Album Dr. M. Bussels*, Hasselt, 1967, p. 241-253.

I

Jacques Panhausen, prêtre de Steinfeld, est nommé vicaire général des curies de Westphalie et d'Ilfeld et chargé des visites canoniques des abbayes prémontrées situées dans les diocèses de Mayence et de Wurzburg.

1575, 8 mai

Joannes de Pruetis, Sacre Theologie Professor, christianissimi Francorum regis consiliarius et eleemosinarius, Dei et sancte Sedis apostolice gratia incliti monasterii sancti Joannis Baptiste Premonstratensis, Laudunensis diocesis, humilis abbas, eiusdem Ordinis caput ac reformato generalis, dilecto nobis in Xpisto confratri ac coabbati Jacobo a Panhauss, monasterii Stenveldensis abbati nostri Ordinis, Coloniensis diocesis, salutem et pie paternitatis affectum. Cum nostri officii sit singula Ordinis monasteria ad instar matricis ecclesie nostre Premonstratensis reformare secundumque ewangelium Xpisti et regulam beati Augustini, sanctiones sacri concilii Tridentini et statuta Ordinis nostri sacri, nec nobis adhuc nuper ad hoc munus assumptis liceat singula visitare, Nos, de tua scientia, fide, rerumque nostrorum monasteriorum experientia certiores facti, te constituimus et ordinamus et instituimus nostrum in spiritualibus et temporalibus vicarium generalem in circariis Westphalie et Iveldie et in monasteriis dyocesium Magontinensis et Herbipolis dantes et concedentes tibi plenariam potestatem visitandi et reformandi omnia et singula monasteria, ecclesias, prioratus, preposituras, beneficia et loca etiam sanctarum monialium ab eodem nostro Ordine dependentia, secundum Deum et regulam canonicorum regularium beati Augustini, eiusdem nostri Ordinis statuta et sanctas capituli generalis ordinationes, tam in capite quam in membris, confessiones regularium audiendi, penitentias salutes iniungendi et a suis penitentiis absolvendi etiamque a casibus nobis reservatis abbates et religiosos vacabundos, dispersos et apostatas revocandi et incarcerandi, deponendi et reintegrandi in locum suum et dignitatem, rebelles et contumaces compescendi, ad hoc, si opus fuerit, etiam brachio seculari implorato ac pena gravioris culpe puniendi et aliis multis penis secundum gravitatem criminum seu delictorum in nostris statutis et in jure communi designatorum infligendi, illos ad habitum decentem candidum omnino et tonsuram ac rasuram canonicam cogendi, cultumque divinum, matutinas, missas et horas

canonicas ac diurnas secundum usum ac ritum matricis ecclesie Premonstratensis celebrari, disciplinamque regularem per fratres secundum tria religionis vota observari, ad unguem faciendi religiosos presbiteros et novitios in monasteriis que pro facultate reddituum et proventuum multitudine religiosorum indigebunt de novo ponendi et instituendi et vestiendi, professiones solemnes ab ipsis ritu Ordinis recipiendi, delinquentes in Deum et religionem seu ordinem nostrum, inquietos, turbulentos, scandalosos abbates, priores, soubprieos et alius professionis nostre ad alia monasteria ad tempus vel tempora emittendi et penitentia legitime per eos peracta ad sua propria monasteria revocandi et ad suos gradus et pristinos honores restituendi, contractus et locationes ad annos pro commodo et utilitate monasteriorum seu ecclesiarum, secundum perquisitiones prius per religiosos nostri ordinis factas, fidedignis testibus tam domesticis quam extraneis super commodo vel incommodo monasterii auditis, emologandi et litteras fieri ordinandi vel a tuo secretario vel etiam notariis apostolicis vel episcopalibus vel regiis et causas graves seu difficiles ad nos seu capitulum generale diffiniendum remitti curandi, necnon tallias seu contributiones ordinarias cuiuslibet monasterii capitulo generali quottannis debitas tam pro annis preteritis quam futuris taxatas a trecentis annis pro celebratione capituli generalis ac tuendis et conservandis privilegiis et honoribus ordinis nostri solvi cogendi et ad nos seu capitulum generale mittendi jure reformationis et visitationis nobis et tibi debita per abbates seu prepositos et priores monasteriorum petendi et solvi prosequendi et procurandi censurisque ordinis secundum privilegia eiusdem contra eos, si opus sit, utendi et absolvendi et generaliter omnia et singula faciendi et agendi, que nos faceremus seu facere possemus si presentes interessemus, etiam si talia forent que mandato magis speciali indigerent cum potestate hec et alia premissa et circa ea necessaria exequendi et faciendi, tibi in Domino facultatem et auctoritatem ad proximum capitulum generale vel ad revocationem nostram usque impartimur.

Datum in monasterio nostro Premonstratensi, capite totius Ordinis, sub sigillo Ordinis signoque nostro manuali et scribe nostri, anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo quinto, die octava maii.

f. Joannes de Pruetis,
Abbas Premonstratensis.

De mandato reverendissimi domini domini mei,

J. Gavette

Original sur parchemin, autrefois muni d'un sceau. DÜSSELDORF, Hauptstaatsarchiv, *Urk. Steinfeld*, 262.

II

Visite du Général J. Despruets à l'abbaye de Wilten.

1578, 20 juin

Joannes de Pruetis, Sacre Theologie Professor, christianissimi Francorum Regis consiliarius et eleemosynarius, Dei et S. Sedis Apostolice gratia incliti monasterii S. Joannis Baptiste Premonstratensis, Laudunensis Dioecesis, humilis Abbas, necnon totius eiusdem ordinis caput et reformator generalis, omnibus quorum interest vel interesse potest notum esse volumus quod nos Roma redeuntes ad monasterium S.S. Stephani et Laurentii Wiltinensis, nostri ordinis, Brixinensis dioecesis, die 20 Junii, anno Domini 1578, circa horam octavam matutinam appulimus, ut illud iuxta sacros canones et statuta ordinis regulamque beati patris nostri Augustini, necnon sacrum Concilium Tridentinum, tam in capite quam in membris visitaremus atque reformaremus, abbate et confratribus eiusdem monasterii de nostro ad eos adventu paulo ante certioribus factis, quorum tamen nullus nobis ad monasterii fores venientibus ibique diu multumque morantibus occurrit. Tandem vero frater Udalricus Krenle ¹⁰⁾ sepius a nobis per nuntium interpellatus accessit, qui quidem dixit se esse dicti monasterii abbatem, quem ubi vidimus multis sermonibus admonuimus, ut nos tanquam abbatem Premonstratensem et totius ordinis generalem agnosceret, qui aliquantis per finxit se nobis velle obedientiam prestare, donec congregatis ab ipso sex fratribus sacerdotibus cum seculari iuvene, nostri latini sermonis interprete, petiit fidem sibi fieri an essemus Abbas Premonstratensis, cuius rei fide sufficientissime per nos factus et diplomatibus summi pontificis sub plumbo et annulo Piscatoris confectis ostensis, tandem respondit se cum fratribus iuramentum et obedientiam episcopo Brixinensi prestitisse ideoque non posse suosque, salva conscientia, Nos nec nostram reformationem recipere. Nos itaque hanc responsionem inanem et futilem et subterfugium esse videntes, visaque et audita eius inobedientia et rebellione, coacti sumus recedere et novum hospitium querere et diligenter consideratis, que in hoc negotio erant considerata,

¹⁰⁾ Ulrich Kriendl administra l'abbaye de Wilten depuis 1576. Cfr. N. BACKMUND, *Monasticon Praemonstratense*, I, Straubing, 1949-1951, p. 55.

predictum fratrem Udalricum pro abbate sese gerentem ab officio abbatis et a divinis suspendimus et per presentes suspensum declaramus religiososque monasterii, tam claustrales, quam beneficiatos ab obedientia illi prestita, si quam prestiterint omnino absolvimus illisque districtie precipimus et sub penis in nostris statutis contentis precipiendo mandamus, ne illi in posterum obedientiam prestent, nec honorem deferant. Ut autem plenior a nobis sententiam predictus abbas presumptus audiat, diem octavum mensis Julii proxime venturum in Monasterio Rothensi, ordinis nostri, Constantiensis Dioecesis, ei prescripsimus et per presentes prescribimus et assignamus, ut ibi sub penis inobedientibus debitis coram nobis et abbate dicti monasterii ¹¹⁾ et aliis quos vocabimus personaliter compareat, allaturus causas et rationes legitime sue inobedientie nostreque repulse et reiectionis. Interim autem mandavimus fratri Joanni Saurwein ¹²⁾, priori claustrali dicti monasterii, ut curam rei temporalis et spiritualis suscipiat quousque aliter per nos previsum fuerit, precipientes nihilominus in virtute salutaris obedientie prefato Priori, ut omnes mulieres e monasterio abigat et ianuas monasterii primas diu noctuque ocludere faciat et custodes inperiles constituat atque omnia alia faciat et observet atque observari curet, que statum monasticum et vite sanctitatem decent, tam in habitu, quam in moribus et aliis ceremoniis ad regularem disciplinam spectantibus, cum potestate etiam conferendi vel presentandi beneficia et officia a predicto monasterio dependentia omnes redditus et proventus, quocumque modo censeantur vel dicantur et recipiendi ad predictum monasterium pertinere, quorum omnium rationem reddet post nostram definitivam sententiam. Facultatem insuper ei concedimus et damus deponendi omnes ministros et officarios, etiam villicos dicti monasterii per predictum abbatem pretensum constitutos et collocatos et cogendi eos ad reddendam rationem eorum omnium, que ipsi monasterio ab ipsis debentur vel in posterum debebuntur, et alios in eorum locum sufficiendi et substituendi, mandantes eidem et sub penis excommunicationis precipientes, quatenus omnia et singula predicta executioni demandet. Omnibus vero et singulis religiosis

¹¹⁾ Martin Ermann, prêtre de Roth (1561-1589) et vicaire du général (1575-1589) en Souabe. Cfr. N. BACKMUND, *op. cit.*, I, p. 81; E. VALVEKENS, *Les visites canoniques...*, p. 168; ID., *Acta et documenta...*, dans *An. Praem.*, XXX, 1954, p. 265, 267.

¹²⁾ J. Sauerwein, prieur, fut élu abbé de Wilten en 1585. Il administra son abbaye jusqu'en 1594. Cfr. N. BACKMUND, *op. cit.*, I, p. 55.

predicti monasterii sub iisdem penis et aliis in statutis nostris contentis precipimus, ut dicto priori obediant. In quorum omnium testimonium ac fidem has presentes manu propria signavimus et secretarii nostri chyrographo muniri fecimus.

Datum Oeniponti die et anno prescriptis.

fr. Joannes de Pruetis,
Abbas Premonstratensis.

Copie du XVIII^e siècle.

WILTEN, Stiftsarchiv, Lade 10, G.

III

Visite du Général J. Despruets à l'abbaye de Steingaden.

1578, 26 juin

Joannes de Pruetis, Sacrae Theologiae Professor, christianissimi Francorum Regis consiliarius et eleemosinarius, Dei et Sanctae Sedis Apostolicae gratia inclyti monasterii sancti Joannis Baptistae Praemonstratensis, Laudunensis diocesis, humilis abbas, necnon totius eiusdem ordinis caput ac reformator generalis, [omnibus] quorum interest vel interesse potest notum esse volumus, Nos vigesima 3tia Junii anno millesimo quingentesimo septuagesimo octavo, Roma redeuntes, ad monasterium Staingadense nostri ordinis, diocesis Augustanae, venisse, nobisque occurrisset Reverendum Abbatem D. Joachimum Salicetum ad fores dicti monasterii cum omnibus suis religiosis praesentibus nosque excepisse humiliter et solemniter, prout religionis statuta volunt, et obedientiam nobis praestitisse ac tandem adorato Christo in S.S. Eucharistiae Sacramento et admonitis abbate et fratribus de occasionibus adventus nostri ad eos, circumspectis in dormitorio cubiculis et aliis locis sacris et profanis et diligenter visitatis, quae omnia bene sarta tectaue atque ordinata honorifice et religiose reperimus, ita ut nihil de ornamentis templi et aedificiis sacris et profanis praeciendum atque statuendum esse videatur, hoc uno excepto ut ab abbate, priore, suppriori et circatore conspici possint fratres, quid in cubiculis agant, tria foramina terebello iubemus sine mora fieri.

Item, ut simus unius moris in domo Dei in habitu, ordinamus quatenus habeant vestes longas et cappas etiam ac scapularia eiusdem

longitudinis ad talos scilicet usque, cum capputiis ¹³⁾ eiusdem formae cum nostris, ut pileus cooperiri et velari ipsis capputiis ¹⁴⁾ possit. In diebus autem festivis solemnibus poterunt, si velint, uti superpelliceo et cappis pelliceis, prout consueverunt, aliis autem diebus minime. Volumus insuper, ut omnes patres zonis albis super scapulare utantur, prior autem poterit incedere discincto scapulari, si voluerit, zonam tamen albam semper gestabit, inhibentes omnibus ne marsupiiis in zonis pendentibus in posterum utantur.

Item, ut pulsus campanarum cum in matutinis tum etiam in vespers distincti sint et mora sufficiens interponatur, ut Patres ante matutinas possint genibus flexis devote dicere tres psalmos in libris nostris prescriptos et ad primum pulsum vesperarum conveniant statim ad claustrum capati in stationibus et dato signo a Priore vel eo absente a Supprie vel seniore bini et bini chorum ingrediantur. Similiter ante capitulum et completorium ad claustrum conveniant et ingrediantur et egrediantur capitulum sicuti et chorum, et horis constitutis obsequium divinum ritu nostro Praemonstratensi et caeremoniis peragant. Et ne labem proprietatis incurrant claustrales ante Pascha et beneficiati similiter describant omnem suam suppellectim, quocumque nomine censeatur, et deferant schedulas propria manu scriptas et signatas ad Reverendum Abbatem.

Item ne ecclesiae parrochiales, nec ipsi pastores religiosi degenerent a regularitate, cultu divino et ritu Praemonstratensi, volumus et ordinamus, ut pastores religiosi in penso divino persolvendo utantur semper breviariis et precibus, missalibus et processionalibus nostris.

Item, cum pecuniae dentur claustralibus ad vestitum honestum et decorum comparandum, nolumus, ut eas vel partem earum parentibus et pauperibus erogent, nisi prius petita et obtenta licentia et venia a Reverendo Abbate sub poenis proprietariis imponendis, quod idem de pastoribus parochialium ecclesiarum intelligimus.

Item singulis diebus Jovis, nisi dies festus triplex, duplex, celeberrimus aut novem lectionum impedierit, in devastationem haeresis et confirmationem fidei catholicae, volumus et ordinamus, ut maior Missa de augustissimo Sacramento cantetur.

Item ut novitii, professi, etiam diaconi, vestes consutas ante ad umbiculum usque deferant et ut singulis diebus festivis triplicibus et duplicibus in maiori Missa communicent.

¹³⁾ Le texte donne *cappatiis*.

¹⁴⁾ Idem.

Item ut in Adventu, in Septuagesima, sicut in Quadragesima et singulis quartis feriis abstineant a carnibus et adversus religiosos criminosos capitulis de levi, de gravi, graviori et gravissima culpa in statutis nostris contentis utantur.

Item, quia non possunt Patres pluribus esse intenti orationibus, scilicet publice ¹⁵⁾ et private, volumus et ordinamus ut in choro non habeant coronas (ut vocant) aut preces vel alios libros in manibus, sed intenti sint cantui et ceremoniis et attentis rebus, quae cantantur, ut carne et corde, iuxta psalmistam, exultent in Domino ¹⁶⁾. In privatis autem locis et orationibus poterunt coronis prefatis uti.

Item singulis diebus Veneris, nisi dies festus impedierit, debent fratres discoopertis scapulis et genibus flexis, confessione peccatorum generali praemissa, suscipere disciplinam ab abbate, vel priore, vel suppriori, vel seniore in capitulo, in memoriam Christi flagellati pro nobis, post lectionem Regulae et obituum. Abbas vero, si adfuerit, debet a priore similiter suscipere.

Mandantes insuper, ut praefatum abbatem post Deum honorent eique obediant et sine murmure statuta ordinis et presentes nostras constitutiones observent.

Datum in monasterio Staingadensi, die vicesima sexta mensis Junii, anno predicto.

Fr. Joannes de Pruetis,
Abbas Praemonstratensis.

De mandato Reverendissimi Domini D. mei abbatis Praemonstratensis,
Burlerius.

Copie du XVII^e siècle, sous le titre : *Visitatio Joannis de Pruetis. Anno 1578.*

MÜNICH, Hauptstaatsarchiv, Steingaden, Kl. Lit. 6, p. 132-136.

¹⁵⁾ Le texte donne *puplice*.

¹⁶⁾ Cfr. Ps. LXXXIII, 3.

IV

Jean Despruets à Martin Ermann, prélat de Roth, et à Joachim Wiedemann, abbé de Steingaden.

1578, 30 juin

Joannes de Pruetis, Sacre Theologie Professor, christianissimi Francorum Regis consiliarius et eleemosynarius, incliti monasterii sancti Joannis Baptiste Premonstratensis, Laudunensis dioecesis, humilis abbas, necnon totius eiusdem ordinis caput ac reformator generalis, dilectis nobis in Christo confratribus Martino Ermanno, abbati Rothensi, Constantiensis dioecesis, et Joachimo Saliceto, abbati Staingadensi, ordinis nostri, Augustane Dioecesis, salutem et paternitatis affectum.

Noveritis nos die vigesima huius mensis Junii Roma redeuntes ad monasterium Wiltinense, nostri ordinis, Brixinensis dioecesis, venisse visitandi et reformandi illius gratia, sed Udalricus Krendle, gerens se pro abbate, noluit nos recipere, nec agnoscere tanquam superiorem ordinis, ideo eum suspendimus ab officio abbatis et a divinis, eique diem assignare fecimus octavum mensis Julii, ut compareret coram nobis in monasterio Rothensi, allaturus et daturus legitimas causas sue inobedientie et repulsionis nostre, sed quia negotia ordinis me hinc discedere cogunt, mandamus vobis tam coniunctim quam divisim, quatenus eum si comparuerit audiatis et ad obedientiam nobis et ordini et patri abbati prestandam omni via, modo et censuris ecclesiasticis compellatis usque ad privationem beneficii, aliumque in eius locum per fratres prefati monasterii eligendum et patrem abbatem Rothensem confirmandum electum iubeatis vel per vos vel per substitutos vestros dantes et vobis vel alteri vestrum in hac re plenitudinem potestatis cum potestate substituendi unum vel plures religiosos abbates, priores claustrales, tum ad audiendas causas eius et rationes, si quas habet, tum ad contumaciam, si non comparuerit, significandam, et excommunicationem et ad presidendum electioni faciende et confirmandum electum, tum nostro nomine et autoritate, tum patris abbatis Rothensis, et alia omnia agendi, que ageremus, si presentes personaliter essemus.

In quorum omnium fidem ac robur has presentes nostris chyrographo sigilloque abbatiali, signoque manuali nostri secretarii munien-

das duximus atque munivimus in predicto monasterio Rothensi, anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo octavo, die vero ultima mensis Junii.

Copie du XVIII^e siècle.

WILTEN, Stiftsarchiv, Lade 10, G.

V

Jean Despruets à Jean Schifelin, prélat de Roggenbourg, lui donnant le texte des documents pontificaux obtenus de Grégoire XIII.

1578, 9 juillet

Joannes de Pruetis, abbas Praemonstratensis, totiusque ordinis caput et reformatior generalis, omnibus et singulis ad quorum notitiam he presentes pervenerint notum esse volumus nos haec exemplaria simul coniuncta confirmationis videlicet Privilegiorum nostro Ordini concessorum per nos a sanctissimo D. Domino nostro Gregorio XIII, Pontifice Maximo, nuper impetratae ¹⁷⁾, necnon Brevis seu rescripti Apostolici a sua Sanctitate ¹⁸⁾ verbo ad verbum contulisse eaque Reverendo Confratri nostro D. Joanni Schifele ¹⁹⁾, abbati monasterii Beate Marie sanctorumque Joannis Baptiste et Augustini Roggenburgensis, Ordinis nostri, Augustanae diocesis, dedisse, ut iis uti possit quando et ubi opus erit. In cuius rei testimonium haec eadem exemplaria nostris chirographo sigilloque abbatiali atque nostri secretarii subscriptione munienda duximus atque munivimus in praedicto monasterio Roggenburgensi, die nona mensis Julii, anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo octavo.

f. Joannes de Pruetis,
Abbas Praemonstratensis.

De mandato Rmi D. Domini mei Abbatis Praemonstratensis,
f. N. Burlerius.

Pièce originale, sur parchemin.

MUNICH, Hauptstaatsarchiv, *Roggenburg*, Kl. Urk. 157.

¹⁷⁾ Il s'agit de la bulle *Cum a nobis* du 7 mai 1578. Ed. J. LEPAIGE, *Bibliotheca Praemonstratensis Ordinis*, Paris, 1633, p. 732-733.

¹⁸⁾ Ce bref *Quam grata* (7 mai 1578) fut publié par J. LEPAIGE, *op. cit.*, p. 733-735.

¹⁹⁾ J. Schifelin était abbé de Roggenbourg de 1572 à 1580. Cfr. N. BACKMUND, *op. cit.*, I, p. 78.